Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et comminuet eos tanquam uitulus libani & dilectus quemadmodū filius unicornium.

Vox dñi intercidentis flammam ignis. uox dñi concutientis deserti & commouebit dñs desertū cades.

Vox dñi preparantis ceruos & reuelabit condensa & in templo eius omnis dicet gloriam.

Dñs diluuium inhabitare facit & sedebit dñs rex in eternum.

Dñs uirtutem populo suo dabit. dñs benedicet populo suo in pace.

PSALMUS CANTICI DEDICATIONIS DOMUS DAUID.

EXALTABO TE DNE QUO SUS cepisti me. nec delectasti inimicos meos super me.

Dne dē meus clamaui ad te & sanasti me.

Dne eduxisti ab inferno animam meam. saluasti me ab descendentibus in lacum.

Psallite dño sci eius & confitemini memorie sanctitatis eius.